

D U A T U M V.

De Dominio hominis in animalia, & cetera creatura.

S. I.

Dominium in Animalia.

I. Deo. Homo in statu innocentie perfectum dominium habuisset in omnia animalia. Ita D. Thomas 1. 2. q. 96. art. 1. & hoc non solum quoad jus, & potestatem dominandi; sed etiam quoad exercitium & usum, qui fuisset plenissimus; & minime laboriosus; & talis, ut absque contradictione illi obedissent, quemadmodum pars inferior obedisset rationi.

II. Hoc primo testatur Scriptura Gen. 1. v. 26. ubi ait Deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & preste piscibus maris, & volatilibus Celi, & bestis, universisque terra, omnique reptili, quod movetur in terra. Et v. 28. Dominamini piscibus maris, & volatilibus Celi, & universis animalibus, quae moventur super terram. Et ut hominem tanquam suum Dominum universa animalia recognoscere, Gen. 2. v. 19. dicitur, quod addidit ea ad Adam, ut videret, quid vocaret ea. Ex quibus D. Thomas tum hac qu. 96. art. 1. tum Opusc. 20. quod est de Regimine Principum (quanti ab aliquibus D. Th. est prius) ut inferitur Dub. sequente S. 2. n. 12. l. 3. c. 9. colligit, cetera animalia cuncta naturaliter debere esse homini subiecta. In quibus (inquit) ostenditur, quod natura instituit humanae rationi indicia potestatem. Qui enim dicitur: germinet terra herbam viventem, & ex tali dicitur data esse potestas arboribus germinandi, dicitur & nobis similiter: dominamini piscibus maris, &c. Sicut ergo naturale est arboribus germinare, ita naturale est homini cunctis animalibus preesse. Et propter hoc Philosophus dicit in 1. Politic. cap. 5. quod naturae instituitur animalium est iusta, & naturaliter iustitia, quia per eam homo vendicat sibi, quod est naturaliter suum.

III. Hominem naturaliter dominari animalibus brutis, probat D. Th. hoc art. 1. Tum ex ordine naturae, quae imperfectiora in usum perfectionum induit: plantae utuntur terra in sui alimentum, animalia vero plantis, & homines plantis, & animalibus; ergo naturaliter dominatur animalibus. Secundo. Ex ordine divinae providentiae, quae semper inferiora per superiora gubernat: sed homo naturaliter est superior ad cetera animalia irrationalia, quia ad imaginem Dei factus, & ratioe praeditus; ergo naturaliter debuit institui cum dominio supra illa. Tertio. Ex proprietate hominis, & aliorum animalium. In aliis enim animalibus secundum estimationem naturalem invenitur quaedam participatio prudentiae ad aliquos particulares actus; in homine autem universalis prudentia, quae est ratio omnium agibilium: sed omne, quod est per participationem, & particulariter tale, subditur naturaliter ei, quod est universaliter, & per essentiam; ergo naturaliter est subiecto ceterorum animalium ad hominem. Hinc Ecclesiasticus 17. v. 4. de homine condito dicitur: Revertit timorem illum super omnem creaturam, & dominatus est bestiarum, & volatium. Et Psal. 8. v. 8. & c. Omnia subiecti sub pedibus eius, & cetera. Et hoc videtur, & insuper, & peccata campum, & volucres celi, & pisces maris.

IV. Quomodo autem potuisset homo ad nutum habere omnia animalia, secundum locum procul a se distantia, eisque pro sua voluntate uti?

Respondet, quod singulari Dei providentia erga homines actum fuisset, ut remotissima quaeque animalia ad quemque hominem Angelorum ministerio venissent, quando ipse voluisset: Angelus nimirum stentibus omnium brutorum animalium phantasia, & corpus ad cuiusque hominis imperium. Eo modo, quo Augustinus lib. 9. de Gen. ad lit. cap. 14. dicit, quod ministerio Angelorum animalia sunt adducta ad Adam, ut eis nomina imponeret. Neque hoc derogavit imperio hominis: nam ut ait D. Th. hac qu. 96. art. 1. ad 1. in subiecto multa potest facere superior potestas, quae non potest facere inferior. Angelus autem est naturaliter superior homini. Unde aliquis effectus poterat fieri circa animalia virtute angelica, qui non poterat fieri potestate humana; scilicet, quod statim omnia animalia congregarentur.

V. Is erat hominis dominatus in animalia ante peccatum, & fuisset semper, si non peccasset. Verum, inquit D. Thom. art. 1. citato in corp. Inobediencia ad hominem eorum, quae ei debent esse subiecta, subvertit ea in peccatum eorum: et quod esse subiectum dedit, non tamen quia homo spoliatum fuerit iure, & dominio, quod naturaliter habebat; mansit enim in homine integrum dominium quoad jus, & potestatem in animalia, utpote consequens naturam humanam, eique conveniens, quatenus est animal ratione praeditum. Unde & post diluvium Gen. 9. v. 2. homini dicit Deus: Et cetero vestro, ac vobis sit super cuncta animalia terra, &c. Sed quoad usum, & exercitium magna ex parte est diminutum; cum & paucissimopere posse, & non nisi labore, & difficultate. Specialiter autem per peccatum homo amisit imperium in duo animalium genera, maxima scilicet, & minima: ut dicit, & quanta hominis dignitas fuerit ante peccatum, & quanta eiusdem vilitas post illud.

VI. Notat tamen S. Thom. lib. 3. de Regim. Principum c. 9. quod etsi ad usum talis domini exciderimus per peccatum, tanto magis tamen participamus de dicto dominio, quanto magis ad statum attingimus innocentiae. Quod etiam vox Evangelica nobis promittit, si ejus imitatores fuerimus in iustitia, &

sanctitate. Cum enim Dominus exhortaretur discipulos ad animarum salutem, Verbum Dei praedicanda; sic de esum virtutem denuncians dicitur: Serpentes tollent; & si mortiferum quid biberint, non eis nocent. Et de Beati Pauli traditur in Actibus Apostolorum, quia viperam ipsum non laesi, nec Beatum Joannem Evangelistam venenum. Et Dominus in Luca dixit discipulis: Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & Scorpiones, &c. Quod legitur de aliis viris Sanctis, ut de S. Francisco, S. Antonio, & aliisque antiquioribus, qui bestias etiam feras obsequentes ad manus, nunquam habuere. Verum hoc interit inter statum hominis innocentis; & statum hominis lapsi, quibusvis Sanctis; quod in statu innocentiae obedientia animalium esset ordinaria, ac perpetua, & sine miraculo, & erga omnes homines: post peccatum vero est extraordinaria, miraculosa, ad breve tempus, & erga aliquos tantum homines.

VII. Quod si dicas primo. Quod iustitiam hominem innocentem hujusmodi in animalia dominium, si in eo statu eis homo non indiguit?

Secundo. Quomodo animalia invicem discordia, ut ovis, lupus sub uno dominio convenire poterat?

VIII. Respondeo ad primum cum D. Th. citato art. 1. ad 3. Quod homines in statu innocentiae non indigent animalibus ad necessitatem corporalem: neque ad regimen suum, quia rudi erant, & non erubescant, nullo incitante inordinata concupiscentia: neque ad cibum, quia liquis paradisi vescerantur: neque ad vehiculum propter corporis robur, indigentur tamen eis ad experientialem cognitionem fumentum de naturalium. Quod significatur per hoc, quod Deus ad eum animalia addidit, ut eis nomina imponeret, quae eorum naturas designant. Dicit etiam potest, quod etsi homo animalibus non indigeret, ita tamen natura hominis integra postulat; ut naturae inferiores sibi obedientes essent, cum inferiora naturaliter subesse debeant superioribus.

IX. Ad secundum dicit S. Th. laudatus 2. quoddam existimasse, quod animalia, quae nunc sunt ferocia, & alia occidunt, in statu illo fuissent mansueta, non solum circa hominem, sed etiam circa alia animalia. Sed hoc irrationaliter omnino est (ait D. Thom.) Non enim per peccatum hominis natura animalium est mutata; ut quibus nunc naturale est comedere aliorum animalium carnes, tunc vixissent de herbis, sicut Leones, & Falcones. Existit ergo naturalis discordia inter quaedam animalia. Nec tamen propter hoc subtraheretur dominio hominis; sicut nec nunc propter hoc subtraheretur dominio Dei, cuius providentia hoc eorum dispensat. Et hujus providentiae homo executor fuisset; ut etiam nunc appareat in animalibus domesticis: ministrantur enim falconibus domesticis per homines galea in cibum.

S. II.

Dominium in cetera creatura.

X. Deo. Homo in statu innocentiae dominium habuisset in omnes creaturas sibi inferiores, nempe in plantas, & alias res inanimatas, per quidem imperando illis, sed absque impedimento utendo eorum auxilio. Ita D. Th. hac qu. 96. art. 2. quod sic probat. Homo ita dominatus fuisset aliis extra ipsum, sicut dominabatur his, quae in ipso erant, quae tamen domini, & subjectionis capacia essent: sed in homine quatuor erant, ratio, quae conveniebat cum Angelis, vires sensitives, quibus conveniebat cum animalibus, vires naturales, quibus conveniebat cum plantis, & ipsum corpus, quod conveniebat cum rebus inanimatis; ergo eo modo, quo dominabatur istis, dominabatur & aliis. Tum sic; sed ratio in homine non habet rationem subiecti domino sed dominantis; ratio vero dominabatur per imperium viribus sensitivis, sicut irascibilis, & concupiscentibus; viribus autem naturalibus, & corpori dominabatur non quidem imperando, sed eis pro libito utendo; ergo hoc etiam modo dominabatur aliis extra se, nempe animalibus per imperium, ut dictum est, plantis vero, & rebus inanimatis utendo illis.

XI. Sicut autem homo ratioe non dominabatur, sed ratione dominabatur aliis, immo ratioe obediens: ita multo minus dominabatur Angelis; tum quia rationales sunt: tum quia homine superiores. Quare Gen. 1. v. 26. & 28. ubi homini legitur collatum a Deo dominium, dicitur: pluri... universa terra... & replere terram, & subiecisse eam. Omnium ergo terrarum tantum datum fuit homini dominium. Quod si aliqui Codices legant universa creatura, loco universa terra, respondendum est vel Codices illos esse mendosos, cum & in Hebraeo, & in Versionibus Lat. Interpretum; & Latini etiam S. Hieronymi pro Creatura legatur terra: vel exponendum est cum S. Thoma hoc art. 1. de omni creatura, quae non est ad imaginem Dei.

VII. Quae potest: an homo in statu innocentiae haberet dominium corporum Caelestium. Respondetur negative primo. Nam in Genesi citatis locis, ubi homini confertur dominium, sermo solum est de corporibus, quae sunt in terra, vel moventur super terram. In quae verba ait Augustinus nota: non similiter homini datur dominium in Caelum, & stellis (non enim utitur illis pro sua voluntate) idcirco scilicet, ut semper meminisset, aliquem supra se majorem esse, ut illum revereretur. Et quidem: nam de ratione domini est, posse pro arbitrio uti re sua tanquam inferiori: sed homo Caelis, & astris pro arbitrio uti, & disponere non poterat, tanquam inferioribus: cum potius quantum ad vim universalem causandi ipso quoque homine finit super iocra, ergo &c. Quia tamen homo potuisset pro suo arbitrio uti com-

commoditatibus, quae ex Caelis, & astris proveniunt, utpote in ejus utilitatem, quodammodo dici poterat, etiam Caelis dominari.

D U A T U M VI.

De Dominio hominis in aliis hominibus.

S. I.

An omnes homines fuissent aequales?

I. Deo. In statu innocentiae aliqua inaequalitas, seu disparitas est admitenda cum D. Th. 1. 2. q. 96. a. 3. Primo enim fuisset generatio, quae sine sexu diversitate esse non potest. Secundo. Quantum ad aetatem, quia alii ex aliis nati fuissent, junioresque essent filii, quam parentes.

II. Tertio. Fuisset disparitas quantum ad animam. Non enim omnes aequae profectum in sanctitate, in iustitia, in prudentia, in sapientia. Etsi enim omnes forent sancti, iusti, sapientes, prudentes; alii tamen plus, alii minus. Quia cum homo non operaretur ex necessitate, sed per liberum arbitrium; contingere poterat, quod unus magis vel minus, quam alter applicaret animum ad aliquid faciendum, vel volendum, vel cognoscendum; & sic magis, vel minus proficeret.

III. Quarto. Fuisset etiam inaequalitas quantum ad corpus. Non enim corpus fuisset totaliter exemptum a naturae legibus; quin & cibis nutriti debuisset, ut dictum est supra, & ab exterioribus agentibus aliquid commodum, & auxilium recipisset: ideo unum plus recipere poterat, aliud minus. Et sic nihil prohibet dicere, quin secundum diversam dispositionem aeris, & diversum situm stellarum aliquid volutivus corpori generarentur, quam alii, & majores, & pulchrioris, & melius complexionis: ita tamen, quod in illis, qui excederent, nullus esset defectus, vel peccatum: sive circa animam, sive circa corpus.

IV. Causa autem hujus disparitatis (inquit D. Thom. ibi ad 3.) poterat ex parte Dei; non quidem non pariter quosdam, & quosdam praemittere, sed ut quosdam plus, quosdam minus fuissent, ut pulchrioris ordinis magis in hominibus veleret. Et etiam ex parte naturae poterat disparitas causari secundum praedictum modum, absque aliqua defectu naturae.

S. II.

An unus homo alteri dominatus fuisset?

V. Dominum, ait D. Thomas hac qu. 96. art. 4. accipitur dupliciter. Uno modo secundum quod opponitur ut servus. Alio modo accipitur dominium, secundum quod communitur referatur ad subiectum quatuordecim, prout importat officium consulendi, & dirigendi. Inter quos Dominii acceptiones hanc differentiam statuit S. D. 1. part. quaest. 92. art. 1. ad 2. dicens: Duplex est subiectio. Una servilis, secundum quam presbiteri utitur subiecto, ad sui ipsius utilitatem; & alia subiectio imperialis, ad sui ipsius utilitatem. Est autem alia subiectio economica, & civilis, secundum quam presbiteri utitur subiecto ad eorum utilitatem, & bonum; & ista subiectio fuisset etiam ante peccatum. Desesset enim bonum ordinis in humana multitudine, si quidam per alios sapientiores gubernationem fuissent. His suppositis.

VI. Dico. In statu innocentiae inter homines aliqua species superioritatis, & domini civilis, & liberi, quod vel in subditorum, vel in communem utilitatem vergeret. Ita D. Thom. citatis locis, & l. 3. me Regim. Principum c. 9. dicit, istud dominium posse dici naturale, sed iustum hominis, quantum socialis, & politici, naturaliter conveniens. Probat autem hoc art. 4. primo, sic: In statu innocentiae fuisset perfectissima hominum societas, & ordo, sive ad invicem, sive ad commune bonum: sed vita socialis, & bene ordinata multorum esse non potuisset, nisi aliqui fuissent, qui praesideret; nec ordo, nisi fuisset, qui cuncta ob bonum commune disponeret: multi enim per se intendunt ad multa. Unde dicit Philof. in princip. Polit. Quod quodcumque multa ordinantur ad unum, semper invenitur unum ut principale, & dirigens; ergo &c.

VII. Confirmatur primo ex eodem S. Th. citato in argum. Sed contra. Condito hominum in statu innocentiae non erat dignitas, quam condito Angelorum: sed inter Angelos alii sunt superiores, qui illuminant, alii inferiores, qui illuminantur; alii, qui dominantur aliis: unde unus ordo Dominatorum vocitur; & inter Angelos alio ordo Hierarchicus admittitur; ergo non esset contra dignitatem status innocentiae, quod homo homini modo dominaretur.

VIII. Confirmatur secundo ex D. Aug. lib. 19. de Civit. Dei c. 13. In statu innocentiae fuisset perfectissima pax, & societas; sed pax, & societas in ordinata imperandi, & obediendi concordia sita est; ergo &c. Mini. probatur ex Aug. Pax hominis moralis, & Dei, ordinata in se sub aeterna lege obedientiae. Pax hominum, ordinata concordia. Pax domus, ordinata imperandi, argo obediendi concordia habitantium. Pax civitatis, ordinata imperandi, argo obediendi concordia civium. Pax Castellis civitatis, ordinatissima, & concordatissima societas fruendi Deo, & invicem in Deo. Pax omnium rerum, tranquillitas ordinis. Ordo est parium, disparitatem rerum sua cuique loca tribuens dispositio. Et cap. 14. in fine ait: Etiam qui imperant, servantur illis, quibus videntur imperare. Neque enim dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi, nec principandi superbia, sed

providendi misericordia. Tale autem dominium futurum fuisset etiam ante peccatum indicat, dum initio c. 15. subdit: Hoc naturalis ordo prescribit: ita Deus hominem condidit.

IX. Probat secundo D. Th. art. 4. citato. Homines in illo statu non fuissent aequales in sapientia, & iustitia, sed unus alio sapientior, ac melior fuisset; sed qui sapientiores, prudentiores, ac iustiores fuissent, debuissent id exequi in utilitatem aliorum; iusti enim, ut dicebamus cum Augustino, non dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi, nec principandi superbia, sed providendi misericordia: sicut in Angelis, qui altiori scientia illuminati sunt, eam communicant inferioribus. Unde 1. Petri 4. v. 10. Unusquisque, sicut accepit gratiam, in alterum illam administrantes, &c.

X. Sed dices primo. Homo in statu innocentiae id habuisset, quod a Deo acceptis in sui conditione: sed in sui conditione accepit solum dominium super animalia irrationalia, non vero super homines; id enim ex peccato consequentum est; ergo &c. Mini. probatur ex S. Aug. supra laudato L. 19. de Civ. Dei c. 15. dicens: Hoc naturalis ordo prescribit, ita Deus hominem condidit. Nam dominetur, inquit, piscium maris, & volatilibus Celi, & omnium reptentium, quae reptant super terram. Rationalem factum ad imaginem suam noluit nisi irrationalibus dominari, non hominem homini, sed hominem pecori. Inde primi iusti pastores peccorum, magis quam Reges hominum constituti sunt; ut etiam sic insinuat Deus, quid posset ordo creatorum, quod exigit meritum peccatorum.

XI. Dices secundo. Solum post peccatum dictum est mulieri Gen. 3. vers. 16. sub viri potestate erit, & ipsa dominabitur tui; ergo dominium viri in mulierem, & sic in alios homines, & subiectio unius ad alterum, poena est peccati.

XII. Respondeo ad primum instantiam cum D. Thom. hoc art. 4. S. Augustinum loqui de dominio inducente servitutum: hoc enim modo domini non homo dominatus fuisset homini, sed homo pecori. Unde subdit: Condito quippe servituturum intelligitur imposta peccatori. Preterea usquam scripturam legitimus servum, an regem hoc volentibus. Non iustus, peccatum sibi vindicant. Nemo, inquit, istud culpa meruit, non natura. Respondens ergo illi, Augustinum excludere a statu innocentiae dominium rigorosum inducens servitutum, vel dicens ius Regale coercitivum, ac poenae inflicivum: hoc enim nomen culpa meruit, non natura. Non vero excludere dominium, seu quocumque regimen civile, ac politicum, sub quo hominum multitudine ordinate libere viveret. Tale autem in statu innocentiae nos ponimus. In eo enim (inquit D. Thom. l. 2. de Regim. Princip. cap. 9.) non fuisset Regale regimen, sed politicum: eo quod tunc non fuisset dominium, quod servitutem haberet, sed praesentiam, & subjectionem in disponendo, & gubernando multitudine secundum veritatem iustitiae; ut sic, vel in insinuando, vel in recipiendo insistentiam, quilibet esset dispositus secundum congruentiam suae naturae. Unde apud Sapienter, & homines virtuosos, ut fuerunt antiqui Romani, secundum imitationem talis naturae regimen politicum melius fuit. Sed quia peccatorum difficultate corrumpitur... in natura corrupta regimen Regale est fructuosius, quia operat ipsam naturam humanam sic dispositam quasi ad sui ipsius utilitatem. Hinc D. Thom. in quibusdam praefatis libris de regimine Principum a quibusdam Ascendentibus Criticis D. Thomae, factum quoad 3. & 4. librum eripiantur, inter quos Naralis Alexander facti. 13. & 14. diff. 6. art. 5. cuius momenta Studiosis videre poterit. Ipsum tamen absque ulla restrictione D. Thomae ad iudicium Nicolaus Trivetus S. Thomae corvus, ab eodem Natiali summis laudibus ibi celebratur: & Nazarius in Opus. de Scriptis Divi Thomae.

XIII. Ad secundam dico, verba illa Gen. 3. non sic esse accipienda, quasi ante peccatum mulier nullo modo fuisset subiecta viro; sed quia non sic fuisset subiecta, sicut postea. Fuisset namque subiecta quoad regimen, & gubernationem domesticam, sed subiectioe socialis, libera, absque labore, & difficultate: post peccatum vero indicitur illi in poenam subiectio molesta, difficilis, & onerosa: ita ut etiam contra propriam voluntatem debeat viro parere, & pati gravem, onerosam, ac interdum dure imperiofam viri potestatem. Videtur potest D. Thomas supra quae. 192. art. 1. ad 1. & 2. 3. quae. 164. artic. 4.

Q U A E S T I O V.

De Tentatione & lapsu primorum Parentum.

Ergo de felicissimo statu, in quo magnificentia Dei primos nostros Parentes considerat, & in quo permanissent; si in innocentia steterint. Verum brevi duravit haec felicitas. Nam mulier invidia Diaboli suggestionem tentata, & victa, frango precepto, cuius observantia etiam viri, sicque ambo ree divinitus indignationis affectu, tragico evenit secum in grummas, quas modo plangimus, totum genus humanum traxerunt. Quare ubi haec conditi hominis excellentiam descripsimus, in posterum, evoluta scena, ejustdem facturas, etrumnasque lugenti calamo exarare cogimur. In hac igitur Quaestione initia, progressum, exitumque lapsus examinabimus.

DUBIUM I.

De convenientia, modo, & ordine Tentationis.

S. I.

An fuerit convenientis, ut homo a Diabolo tentaretur.

I. Quidamvis de hoc, & de illis, quae in posterum dicturi erimus; non tractet D. Thomas in hac parte, sed alibi...

De Tentatione igitur primorum Parentum ait D. Th. 2. 2. q. 165. ubi art. 1. praefatum quantum de convenientia tentationis proponit...

II. Primo. Nam Deus praescius futurorum sciebat, quod homo per tentationem dementis in peccatum descenderet...

III. Secundo. Eadem ratio videtur fuisse de peccato hominis, ac de peccato Angelis, cum utrumque eadem ignis aeterni poena puniendum sit...

IV. Tertio. Quod aliquis impugnatorem habeat, ac poenam pertinere ad premium; sicut quod impugnatorem subtrahatur, videtur pertinere ad premium...

V. Dico cum D. Th. hoc art. 1. Convenientis fuisse, ut Deus permitteret primum hominem a Demone tentari. Probat ratione ejusdem...

VI. Confirm. Satis providetur homini, si ei conferatur virtus, qua possit impugnatorem rejicere, ac vincere...

VII. Hinc ad primum, quod in contrarium obstat videtur, non refert, quod Deus praefecerit, Adam, & Evam certuros tentationis...

VIII. Permittit ergo, hominem tentari; qui praesciebat quidem esse casurum, sed culpa propriae voluntatis, qua voluit cadere...

IX. Explicans deinde unde processerit hominis casus, dicit ex superbia fuisse, quam debebat comprimere, sicut & poterat...

X. Tandem ibidem cap. 6. exemplo hominum, qui etiam non esse a Diabolo, & ab homine etiam tentantur...

XI. Hoc ipsum mire tractat L. 14. de Civit. Dei c. 27. ubi ostendens hominem, esse tentatum, habuisse in sua potestate, ut Diabolum vinceret...

XII. Hoc ipsum mire tractat L. 14. de Civit. Dei c. 27. ubi ostendens hominem, esse tentatum, habuisse in sua potestate, ut Diabolum vinceret...

ria beneficii, sibi placendo, recedere non habebat in potestate? Nam sicut is hoc carnis vitare sine adiutorio...

XII. Ad secundum in contrarium obstant; respondendo cum D. Thom. 2. 2. q. 165. hoc art. 1. ad 1. discrimen esse, quod supra naturam humanam est aliqua natura...

XIII. Ad tertium resp. cum eodem S. Th. ibid. ad 3. quod impugnat, cui cum difficultate resistitur, paralis est; sed homo in hunc instantem potest absque omni difficultate tentationi resistere...

S. II.

An modus & ordo Tentationis convenientis fuerit?

XIV. Modus, quam servavit Diabolus in tentandis primis parentibus fuit iste: per serpentem, sive in serpente se praesentavit, studens horrorem transgressionis avertere...

XV. Porro serpentem, quem propterea totum genus humanum tamquam suae perditionis auctorem, vel instrumentum odisse debet; Ophitea haeretici (de quibus superius aliqua diximus) tamquam numen venerantur...

XVI. Manichaei quoque serpentem laudare solebant, quod homini suo confilio oculos aperuerit, & Deum vituperare, qui oculos illi clauserat...

XVII. Hic tamen deliramentis rejectis, in serpente illo Diabolum loquentem, atque tantantem Catholica fides agnovit, ac detectata est. Hoc enim serpente Diabolum fuisse usum Scri-

Scripturae testantur, quae primum hominis peccatum (quod sine dubio ad serpentis tentationem commissum fuit) invidia Diaboli contigisse ait Sap. 2. ver. 24. Invidia autem Diaboli mors introivit in orbem terrarum...

XVIII. Serpens igitur dicitur ad mulierem, quae metu mortis ab eum fructus vetiti coerebatur: Nequaquam morimur. Hic observanda serpentis astutia. Postquam propositum obiectum, nunc removere poenam, ut timorem excutiat, & promittit utilitatem, ut excitet desiderium...

XIX. Dico. Modus, & ordo praefatae tentationis convenientis fuit. Ita D. Thom. 2. 2. q. 165. art. 1. Ille modus, & ordo fuit convenientis in prima tentatione, quae peperit primum hominis peccatum...

XX. Confirmatur. Homini ex duplici natura composito intellectiva, & sensitiva, modus tentationis proprius erat naturae naturam allicere: atque Diabolus ea exteriora adhibuit...

XXI. Sed inquis primo. Convenientius fuisset, ut Diabolus primos Parentes interiori suggestione, immutando scilicet phantasmam, tentaret...

Respondens tamen D. Thom. art. 2. citato ad 2. quod suggestio, qua spiritus malus Diabolus homini aliquando suggerit, ostendit, quod Diabolus plus habere potestatis in homine, quam habent suggestio exterior...

XXII. Inquis secundo. Sicut ordinae naturae Angelus est perfectior homine, ita & vir erat perfectior muliere...

Respondet D. Thom. laudato loco ad 1. Quod in actu tentationis Diabolus erat sicut principale agens; sed mulier instrumentum quasi instrumentum tentationis ad delectandum virum...

DUBIUM II.

An Eva seducta fuerit a Diabolo veri Serpentis organo usuae.

S. I.

Resolutio Dubii.

I. Sancti Cyrilli lib. 3. contra Julian. opinio fuit, non veri Serpentis corpus, sed speciem duntaxat, & Simulacrum Serpentis fuisse ad tentationem assumptum, & Evae a Diabolo exhibitum...

II. Cajetanus vero asseruit, tentationem Evae interna tantum suggestione a Diabolo fuisse peractam, qui serpentis nomine a Moyse metaphorice significatur...

III. Dico. Eva seducta fuit a Diabolo veri serpentis organo usuae. Hoc aperte indicat Moyses, qui simpliciter narratone cum vocat serpentem; & unum ex animalibus terrae fuisse dicit Gen. 3. ver. 1. Sed & Serpens erat callidior cunctis animalibus terrae...

IV. Dæmonem autem usum fuisse illo vero serpente, velut organo, ad mulierem tentandam probat serpentis cum Eva colloquium, ac vel familiaris cum ea congressus. Cum enim humanus sermo excedat facultatem ejusdemque irrationalis, necessario in aliquam naturam intelligentem refundendus est...

V. Idipsum confirmant Patres. Chrysostomus hom. 16. in Gen. de serpente, ait: At forte hoc dubitaverit quis, & quid sit, cum & hoc animal rationis fuerit particeps? Cui respondet: Non ita est, absit. Sed it, qui scripturas sequuntur, intelligant...

VI. In idem conspirat S. Augustinus lib. 11. de Gen. ad litt. cap. 27. ubi ait, quod Diabolus non est permixtus tentare feminam, nisi per serpentem, nec virum, nisi per feminam; sed in serpente ipse locus est, utens eo velut organo, movensque ejus naturam eo modo, quo movetur ille...

VII. Exponens vero modum, quo serpens ille loquebatur cap. 29. ait: sic ergo locutus est serpens homini, sicut asina, in qua sedebat Balaam, locus est homini, nisi quod illud fuit opus diabolicum, hoc angelicum...

VIII. Tandem verum serpentem fuisse illum, quo usus est Diabolus in prenarata tentatione, aperte asserit lib. 14. de Civit. Dei cap. 11. ubi ait, quod superbus Angelus, qui homini fuerit, quantum ipse cadaverat, invadebat, calidior in Paradiso corporali, ubi cum duobus illis hominibus masculis, & femina animalia etiam correptura caetera subditis, & innoxia versabantur...

quo congruum, per quem loqueretur, elegit eoque per angelicam...

S. II.

Fundamenta cooperaria.

IX. Obijcit primo Cajetanus. Hac verba Genes. 3. v. 1. sed...

X. Resp. negando ant. Serpens enim verus potuit dici...

XI. Obijcit secundo. Moyses nihil scribit de pavore...

XII. Obijcit tertio. Moyses nihil scribit de pavore...

XIII. Infastis. Saltem debuisset mulier obtempere...

XIV. Infastis. Saltem debuisset mulier obtempere...

incredibile. S. Cyrillus lib. 3. contra Julianum putat. Evam...

XV. Divinos reperio Interpretes, & Vpores, & Recentiores...

XVI. Propterea verius (ut potius) responderi potest...

XVII. Resp. aliquos arbitrari, fuisse Basilicum: sed minus...

XVIII. Conjectant proinde alii, fuisse etiam, illius...

S. III.

Quaestio aliqua.

Quaestio: cujus speciei fuerit serpens, quo Diabolus usus...

XIX. Conjectant proinde alii, fuisse etiam, illius...

Hac tamen Salmasius in notis ad dictum Solini caput de...

XIX. Afferit Rupertus, serpentem a Diabolo assumptum...

XX. Viperam proinde viperam censent alii, moti ex eo...

XXI. Quares secundo: quomodo serpens accesserit ad Evam?

Rupertus lib. 3. de operib. Trin. in Gen. c. 3. censer, serpentem...

XXII. Ceterum quod serpens accesserit ad Evam in Paradiso...

XXIII. Ceterum quod serpens accesserit ad Evam in Paradiso...

DUBIUM III.

De lapsu Adami.

S. I.

Quaedam praerogata.

I. EVA a serpente, seu versus a Diabolo per serpentem...

II. Hic quaeri solet: an Adamus colloquio serpentis cum...

III. Notandum hic, quod Hebraei praefatis verbis addunt...

IV. Probant secundo idem Pauli verba 1. ad Tim. 3. 4. 14.

homil. 16. in Genes. & August. lib. 11. de Gen. ad lit. cap. 31.

S. II.

Resolutio Dubii.

IV. Dico. Adam non fuit eo modo seductus, quo Eva,...

V. Probant secundo idem Pauli verba 1. ad Tim. 3. 4. 14.

VI. Ex his apparet secunda pars assertiois, in qua etiam...

VII. Audiendus quoque est S. Thomas, in 1. ad Timoth.

VIII. Audiendus quoque est S. Thomas, in 1. ad Timoth.

IX. Audiendus quoque est S. Thomas, in 1. ad Timoth.

ritatis, credidit, quod facile ei remitteretur. Ita D. Thomas, Sed quia obijci poterat: Ignorantia est pana peccati: ergo poena peccati culpam. Respondet, quod non peccasset, quia statim ad verba serpentis fuit elata, eo quod alias esset de ea sollicitus, & ex illa elatione seductus est: unde elatio peccasset.

Sanctus Augustinus quoque ex elatione Adamam ad inobedientiam processisse docet lib. 14. de Civit. Dei cap. 14. In occulto autem mali esse coepit, ut in aperam inobedientiam laboraretur: non enim ad malum opus perveniretur, nisi processisset mala voluntas. Porro mala voluntatis initium quod potuit esse, nisi superbia? Initium enim omnis peccati superbia est. Quod est autem superbia, nisi perverse castitatis appetitus? Perverse enim castitudo est, deserta est, cui debet animus inobediens principia, sibi quodammodo fieri, atque esse principium. Hoc fit, cum sibi nimis placet, sibi vero ita placet, cum ab illo bene incommutabili desitit quod ei magis placere debuit, quam ipse sibi. Spontaneus est autem iste appetitus: quoniam si voluntas in amore superioris immutabilis boni, a quo illustratur, ut videretur, & placendatur, ut amaret, facillime permaneret: non inde ad sibi placendum averteretur, & ex hoc recederet, & se frangeret, ut vel illa verum crederet, dixisset serpenti: vel ille Dei mandata uxoris praeponeret voluntatem, putaretque se venialiter transgressum esse precepti, si vita sua sociam non desereret etiam in societate peccati. Non malum ergo opus factum id, id est illa transgressio, ne cibo prohibito vesceretur, nisi ab eis, qui non mali erant. Hec peracue S. Augustinus.

DUBIUM IV.

De causa Precepti impositi Adamo, & Eve.

S. I.

Præambula quadam.

Quæstionem hanc primò excitavit Diabolus per serpentem loquens, eamque multè repetit Gen. 3. ver. 1. Cui præcepit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno Paradisi? Quibus Diabolus occasione captus in dubium vocandi præceptum, ac si diceret: est ne verisimile, quod Deus vobis hoc præcepit? Sive non est credibile, ut exilimeis, Deum adeo indiderem fuisse, ut hoc præcepit, cum omnium arborum fructus optimi sint, & salutare.

II. Dubitari autem solet, an sensus verborum serpentis, ut non comederetis de omni ligno Paradisi, sit isto: nimium, ut de nullo ligno Paradisi comederetis; S. Joann. Chrysostomus hom. 16. in Genes. sensum diabolice interrogationis fuisse priorem existimat, dicens: Vidisti malignitatem? dixit, quod non erat, ne in colloquium provocaret, & diceret illi, quod erat. Inde conversus ad mulierem: Oportebat (inquit) te aversari eam, qui dixerat a Deo dixerat: & dicit: Atque, impositum est tui. Nescis neque mandata nobis dari potentiam, neque quantum fructum, neque copiam eorum, quæ nobis sapientiantur. Nam tu quidem ais, Deum dixisse, nullum nos neglegere debere lignum. Dominus autem & Conditor, & immensam suam bonitatem, nobis permisit frui, & possidemus habere amatum, ab uno tantum abstinere iussit, idque consilium, ne gustata illa, morte occumberemus. Oportebat, spiritum prudens fuisse, hi dicit illi, cum omnia aversari, nihilque ultra illi loqui, neque audire loquarum.

III. Impositio igitur præcepti legitur Genes. ver. 16. & 17. Præcepitque ei (Dominus) ex omni ligno Paradisi comedere. De ligno autem scientia boni, & mali ne comedatis, in quocumque enim die comederis eo, morte morieris. In hoc præcepto legem omnium legum fontem, ac matricem agnovit Tertullianus L. adversus Iudeos cap. 2. In hac enim (inquit) lege Adæ data omnia præcepta condita recognoscimus. . . . Primordialis lex est enim data Adæ, & Eva in Paradiso, quasi matris omnium præceptorum Dei. Quod singula Decalogi præcepta percurrendo ostendit.

IV. Porro quævis folli Adæ videatur imposita lex, præceptum, eo tamen se quomodo fuisse obstrictam Eva fatetur serpenti Genes. 3. ver. 3. dicens: De fructu vero ligni, quod est in medio Paradisi, præcepit vobis Deus, ne comederemus. Quomodo autem factum fuerit intimatius; censent aliqui, cum præceptum fuit Evæ datum Adamo, Evam fuisse jam productam, quamvis ejus productio in Cap. sequenti per recapitulationem referatur, & consequenter etiam ipsam præsentem audivisse. Quare ubi vulgata nostra in singulari loquitur ne comedas, morte morieris: Septuaginta verunt in plurali, ne comedatis, morte moriemini. Verum dato, quod mulier tunc non esset præsens, immo nec producta, cum Deus Adæ præceptum impositum, scilicet, quod et facturus erat multoties, ita præceptum ordinavisset, ut per virum præceptum Domini ad feminam perveniret. Quam disciplinam in Ecclesia servat Apostolus dicens (1. Cor. 14. ver. 35.) Si quid autem discere volunt, domi viros suos interroget. Ita S. Augustinus lib. 8. de Genes. ad litter. cap. 17.

V. Si quæras: quomodo tunc Deus locutus sit ad hominem: an inus in mente, an corporalibus sonis, vel similitudinibus rerum?

Respondet S. August. laudato loco cap. 18. se existimare, Deum locutum fuisse hoc secundo modo. Talia quippe scriptura narrat, ut potius credamus, sic Deum esse locutum homini in Paradiso, sicut etiam postea locutus est Patribus, sicut Moysi, id est in aliqua specie corporali. Hinc est enim, quod audierant ejus vocem ambulantes in Paradiso ad vespertam; & absconderunt se.

S. II.

Causæ Precepti exponuntur.

Varias hujus interdicti causas protulerunt SS. Patres. Has recensebimus, & quæ nobis probabilius videntur, indicabimus.

VI. Improbanda primo est opinio Theophrasti Antiochi lib. 2. ad Anoly, nu. 39. afferentis, idcirco prohibitum fuisse ab estu illius arboris Adæ, quod, cum adhuc esse infans, & ignarus, utilitatem illius arboris nondum percipiebat: Eo tempore (inquit) adhuc infans erat Adam. Quapropter cognitionem hanc velle acquirere, sed prius lacte nutritur, ut proventus ætate etiam ad solutorem cibum procedat. Ita enim & Adamo. Improbanda inquam est. Nam, & filium est, Adam puerum fuisse etate, & ætate enim, in ætate enim, & statuta perfecta conditum fuisse diximus. Et factum est, fuisse puerum in cognitione, & scientia, nam cum fuisse statim ad conditum, omnigena cognitione, & scientia a Deo donatum, superius demonstravimus.

VII. Diris devotenda est Opitarum blasphemia (de qua supra) dicentium, Deum ex invidia estum illius ligni interdixisse Adamo, ne commendo ex illo scientiam boni, & mali acquireret; hoc enim execratione dignum potius est, quam confutatione.

XVIII. Tertullianus lib. 2. contra Marc. cap. 6. opinatur, Deum Adæ præceptum imposuisse, ut qui ab ipso factus fuerat bonus, observando illud fieret quoque bonus sua voluntate: Ut ita demum bonus constitueret homo, si secundum institutionem quidem, sed ex voluntate jam bonus inveniretur. Sicque haberet occasionem ipsum premiandi: nam nec boni, nec mali merces juve possetur ei, qui aut bonus, aut malus non cessitate fuisset inventus: non voluntate. Alii vero Patres volunt, causam præcepti imponenti fuisse, ut Adam cognosceret Deum illi esse superiorer, & propterea sibi obediendum esse. Unde

IX. Dico. Ratio, vel finis, ob quem fuit Adæ impositum præceptum, est ut Adam recognosceret, se Deo subjectum; & consequenter sibi esse obediendum Deo. Ita S. Joann. Chrysost. Homil. 16. in Genes. Benignus enim Dominus a principio docere volens hominem, Conditorum, & factorem suum esse visibilibus omnium Opificem, qui ipsum formavit, per parvum istud mandatum ostendere voluit, se Dominum esse (quod explicans hoc pulchro exemplo; prosequitur) & quasi liberatè Dominus magnam; & admirabilem quamdam omnium altitatis usui donans non totum præcium, sed aliquantulum ejus partem accipere vult, ut dominus jus saltem sibi maneat; & ille invidiam fiat, se non adititè dominum esse, sed gratis; & beneficentia domini illi frui. Sic utique & Dominus nosse, cum visibilibus hæc omnia homini concederet, & præstaret illi, ut visceribus in Paradiso, & fructibus omnibus, quæ in isto erant: ut ne parvum seductus animo pararet, res, quæ sub aspectum cadunt, autonata esse, deque sui dignitate altius quidpiam sentiret; iussit ab uno ligno abstinere, & magno desinitæ panæ, si hoc transgresseretur; ut scire posset, se Dominum habere, eumque liberalitate etiam usuri, vobis fructeretur. Similia dicitur Homil. 14. in Genes. Pro hac sententia referuntur S. Cyrillus Alexandrinus, Basilii Seleucensis Orat. 2. de Adamo, & Procopius in Genes.

X. Sanctus autem Augustinus pro fine præcepti, & subjectionem, & obediendum Deo debitam statuit primo lib. 8. de Genes. ad litter. cap. 13. Ad peccatum (inquit) nihil aliud appetitum est, nisi non esse sub dominatione Dei, quando illud admittitur est: in quo, ne admittitur, sola debet voluntas dominantis attendi. Quæ si sola attenditur, quid aliud, quam Dei voluntas attenditur? Quid aliud, quam Dei voluntatem amaretur? Quid aliud quam Dei voluntas humane voluntati præponeretur? Dominus quidem cur iussit, viderit, faciendam est, a servientibus, quod iussit, & tunc forte videndum est a promerente, cur iussit. . . . Nec fieri potest, ut voluntas propria non grandis vana poudere super hominem ebat, si eam voluntati Superioris extollendo præponat.

Idipsum docet Enarrat. 2. in Psalm. 70. nu. 7. Hæc Diabolus fecit: imitari Deum voluit, sed perverte; non esse sub illius potestate, sed habere contra illum potestatem. Homo autem postius sub præcepto auditus a Domino Deo: Noli tangere: (Deinde indicens Deum, & Adamum colloquentes, pergit) Quid? Hanc arborem? Quid est enim illa arbor? Si bona est, quare non tangas? Si mala est; quid facit in Paradiso? Provisus ideo est in Paradiso, quia bona est; sed nolo tangas. Quare non tangas? Quia obediendum vobis, non contradicentem. Servi ad hoc, Jereus: Sed noli male serpere, audi prius Domini iussum, & tunc iudicabit de te consilium. Etenim est vobis, nolo tangas. Quare? Quia Dominus sum, & servus tu. Hæc verba causa est. Si parum est, designatio est servus? Quid autem tibi capitis, nisi est sub Domino? Et.

Ad experiendum obediendum quoque impositum fuisse docet lib. 14. de Civit. Dei cap. 12. & lib. 1. contra Advers. legit, & Prophetarum cap. 14.

S. III.

Utrum solus Jesus, an vero etiam Tacitus arboris fuerit vestitus.

XI. Dubium hoc excitavit Eva, quæ, respondens serpenti Gen. 3. ver. ait: De fructu vero ligni, quod est in medio Para-

DUBIUM V.

Quale fuerit primum Peccatum primorum Parentum.

S. I.

Quæ verba sunt, prænotantur.

I. Dicitur Thomas 2. 2. quæst. 163. art. 1. ubi quæstionem hanc proponit, & resolvit, supponit quod ad unum peccatum multus motus concupiscentia passus; & propterea primo Adami, & Evæ peccato alia peccata fuisse conjuncta. Et quidem in utroque fuisse peccatum superbie, seu inordinatum amorem propriæ excellentiæ, certum esse debet, & infra ostendemus.

Deinde in Eva peccatum fuit, quod crederet vera esse, que serpens suggererat, scilicet Deum prohibuisse ligni usum, ne ad ejus similitudinem perveniret: tamquam hæc tantum bonum creatura sua Creator invidiosus, ut ait Augustinus lib. 11. de Genes. ad litter. cap. 42.

Tertium ejus peccatum fuit gula, seu inordinatus appetitus, quo fructum sibi prohibuit edere desiderare. Postquam enim serpenti credidit divinam similitudinem promittenti, subditur: Visisti igitur mulier, quod bonum esse lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, que indicant mulierem tunc fuisse illectam ad comedendum, non tamen tam a bonitate, vel pulchritudine fructus, quam cupiditate excellen- tiz, quam sibi ex illius estu adventuram credebat.

Quartum Evæ peccatum fuit actualis fructus vetiti comestio, que fuit consummatio transgressionis præcepti, tanto gravioris, quanto facilior in statu nature integræ erat observatio: & hæc fuit aperta inobedientia.

Quintum ejusdem peccatum fuit, quod maritum scandalizavit; seu ad peccandum traxit.

Sextum, quod postea se excusaverit, rejiciens culpam in serpentem, dicens: Serpens decipit me, & comedit.

II. Adami vero primum peccatum plura alia comitata fuit. Nam præter elationem, quam concepit, inordinato amore propriæ uxoris peccavit, cui malit obsequi transgressendo, quam Deo præceptum servando.

Tertio, Videtur peccasse dubitans de divina sententia: in quocumque die comederis ex eo, morte morieris. Cum enim videt, Evam, postquam comederat, adhuc vivere, cepti dubitare, an Deus serio, an vero solum comminatorie fuisset locutus.

Quartum Adæ peccatum fuisse apparet, quod putaverit leve peccatum futurum, si ex illo fructu comederet, ut indicavit S. August. lib. 14. de Civit. Dei cap. 11. & D. Thom. in 1. ad Timoth. 2. lect. 3. superius relati Dub. 3. S. 2. Cujus vanæ credulitatis occasione capere potuit, five ex mterita præcepti, que non crederetur magna; five ex dignitate sui status; five ex amore uxoris, ob quam non constittidam hoc feceret; five quia Divinam severitatem nondum expertus, veniale id fore sibi adlabatur.

Quintum fuisse videtur aliquibus, quod crederit verbis serpentis, futurum nempe se velut Deum, sibi per Evam relatis. Sed hoc, Dub. 3. S. 2. relato, superius rejicimus.

Sextum fuit gula, seu inordinatus appetitus edendi fructum, quem videbat pulcherrimum, & audiebat, esse suavissimum.

Septimum actualis transgressio comedendo, quod fuit inobedientia specialis, & transgressio præcepti positivi illam veniam.

III. His suppositis sepius est: quodnam inter ista fuerit primum peccatum, quod fecit traxerit alia; fuit ex quo, superquam ex fonte, alia subsecuta sint. Scitasse putant, primum peccatum Evæ fuisse inordinatum sui amorem, quo tamperbo animo divinam excellentiam appetit: Adami vero fuisse inordinatum propriæ uxoris amorem. Ita Frassen Tract. 2. de homine disp. 3. art. 1. sect. 2. q. 2. Thomistæ verp cum suo Angelico Præceptore, & Theologi communiter, censent peccatum tam Evæ, quam Adami fuisse peccatum superbie.

S. II.

Resolutio Dubii.

IV. Dico. Peccatum primum primorum Parentum, quod fuit radix aliorum, fuit superbie elatio. Consona est hæc sententia sacris Litteris. Nam Ecclesiast. 10. ver. 14. & 15. de primi hominis lapsu dicitur: Insuperbia superbia hominis, apudneque a Deo. Quoniam ab eo, qui fecit illum, recessit cor ejus, quoniam initium omnis peccati est superbia. Et Tobias cap. 4. v. 12. filium suum instruens: superbia inquit unquam in tuo sensu, nec in verbo dominari permittas; in ista enim initium semperis omnis peccati.

V. Consona est etiam Patribus. Sanctus Augustinus in Enchirid. cap. 45. recensens peccata, que in illo peccato un, quod per unum hominem intravit in mundum, possunt intelligi, si unum istum in sua quasi membra dividatur, possunt intelligi, si unum istum in sua quasi membra dividatur, primo loco superbia ponit, dicens: Nam & superbia est illa, quæ homo in sua potius esse, quam in Dei potestate diletta. Et scilicet in mortem: & fornicatio spiritalis, quæ integritas mentis humana serpentina suavitudo corrupta est: & furvus, quia cibus prohibitus usurpatus est: & avaritia, quia plus quam illi sufficere debuit, appetit: & si quid aliud in hoc uno admissio diligenti consideratione inveniri potest. Et lib. 14. de Civit. Dei cap. 13. non enim (inquit) ad malum opus perveniretur, nisi processisset mala voluntas. Porro mala voluntas

Paradisi, præcepit vobis Deus, ne comederemus, & ne tangere- mus illud, ne forte moriamur. Quibus visa fuit indicare, non solum Deum, sed tacitum quoque sibi a Deo vetitum fuisse.

XII. Dico tamen. Solus estus de fructu arboris scientie boni, & mali, non autem ejus tactus, aut visus a Deo fuit primis Parentibus interdictus. Hoc aperte constat ex verbis ipsis præcepti. Nam Deus Genes. 1. ver. 16. & 17. Ex omni (inquit) ligno Paradisi comedere. De ligno autem scientia boni, & mali ne comedas. In quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris. Quibus prohibetur comedere, non tangere; & poena contra comestionem, non contra tactum statuitur. Verba autem præcepti poenalis rigorose, & ut sonant, sumenda sunt. Hinc Ambrosius Homil. de Paradiso cap. 12. Tangere (inquit) Deus non dicitur, sed, non estis. . . . Dicit igitur nos præsentis serpens lesionis, neque decipere aliquam divinis debentiam, neque addere.

XIII. Proprietas hinc Evæ lapsum incespisse censet S. Ambrosius citato loco, dicens: Sed tamen lapsus incipit esse principium. Nam quæ aditit, vel superbum aditit, vel addendo ad proprio similitudinem intellectus. Quæ est mandatum. Cæterum accit, Evam hoc addidisse, dicit exaggerando gravitatem præcepti, quod jam cõperat ei displicere: Sicut (inquit) Mulier prohibita a marito, ne domum exeat, respondet: mihi non licet per maritum meum exire culticulum parvi afferre; & exaggerans videlicet difficultatem sibi præceptum patiens. Ita Eva exaggerando divinum præceptum dixit, non esse sibi licitum tangere fructum illius arboris.

Quare jam vere Diabolus in mulieris animum Irreperat, Primo excitando in ea cupiditatem vanissimæ libertatis. Secundo inspirando illi ratiùm, & odium præcepti, quo in falsam ejusdem exaggerationem erupit. Unde observat Rupertus l. 3. de Trinit. c. 5. Evam tribus modis pervertisse Dei verba, quibus Deus mandatum præscripsit. Primo quidem per additionem, cum dixit, ne tangere. Secundo per diminutionem, cum inquit: ne forte moriamur, ubi illud forte, quod Deus non dixerat, dimiuit vim præcepti. Tertio denique per mutationem, cum ait: de ligno, quod est in medio Paradisi, dixerat autem Deus de ligno scientia boni, & mali; quia in medio Paradisi erat quoque arbor vitæ, quam Deus homini non interdixerat. Hinc (sicut ait Cajetanus) colligitur, diabolice cum venenum in actum simul, & intellectum mulieris irrepissit: in actum quidem per difficultatem præcepti, unde statim prodit exaggeratio vinculi, & obligationis ejus in intellectum vero per hesitationem futuræ poenæ, Unde prodit illud: ne forte moriamur.

XIV. Qui vero Evæ causam tenentur, Adamo vitio vertunt illud ne tangere. Cum enim arbitrentur, falli Adamo fuisse legem primo præscriptam; iste referens mandatum mulieri, addidit, Deum interdixisse etiam illius fructus tactum, qui majorem Evæ cautionem iniecerat, ac longius a periculo violandæ legis eam averteret. Ita refert S. Ambrosius relato loco, dicens: Perique putant, hoc vitium non esse mulieris, sed Adæ fuisse. Ita Adam dixisse mulieri, dum eam vellet facere cauteri, ut, addebat, mandasse Deum: neque tangere ex eo quodcumque. Habemus enim, quia Adam, non Eva, mandatum accepit a Deo. Nondum enim mulier formata fuerat. Ista quidem verba Adæ, quibus mulieri dicta formam servientis mandati, non prodit lectus; sed intelligimus per vitium ad mulierem formam transisse mandati.

Hanc tamen expositionem Ambrosius non probat. Nam alias vitium, & mendicium incepit a viro, non a muliere, & mulier seducta fuisset a viro, & vir deceptus fuisset. Videtur tamen (inquit) atit, quid sentiant. Mihi tamen videtur, a muliere capisse vitium, inchoasse mendacium. Nam etsi de duobus videtur incertum; tamen sexus prodit, qui prius potuerit errare. Adde, quia prejudicium illud contraxerat, cuius & postea prior error invenit esse. Viro enim mulier, non mulieri vir auctor erroris est. Unde & Paulus, ait: Adm inquit non est deceptus; mulier autem seducta in prævaricatione fuit.

XV. Nihilominus existimarem, posse hæc conciliari, & tum Evam, tum Adamum a mendacio liberari, dicendo, Evam dum ait: Ne tangere, locutam fuisse in sensu formali præcepti, id est, ne tangere, locutam fuisse, seu ex arbore fructum ad comedendum decerpendo. Hinc autem tactum eo ipso præcepto Deum interdixisse, quo vetuit etiam fructus, nemini dubium est. Moveor autem ad hoc afferendum; quia aliquo primum Evæ, seu Adæ peccatum fuisset mendacium, cuius oppositum statim ostendit.

Juxta hæc expositionem intelligendi sunt aliqui Patrum, qui dum istam legem referunt, etiam tactum vetitum includunt. Ut Nazianzenus Orat. 38. dicens: lex autem illa præceptum erat, quo prohibebatur, cum quibus arboribus ei uteremur esset, tum a qua manus abstinentia. S. August. in Psalm. 70. nam. 7. supra laudatus, ubi pluries refert Deum dicentem Adæ: nolo tangas. Alcimus item Avitus lib. de initio Mundi, ita Deum præcipientem facit:

Hujus ab accessu veritum restringere tacitum. Hunc enim de tactu formali, & morali; ad comedendum scilicet, non de tactu materiali, & physico, intellexisse crediderim. Sicut enim arborem illam absolute videtur non erat vetitum, sed solum ad concupiscendum eam: ita nec absolute tangere prohibuit, sed tangere ad comedendum.